



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

Henricus, de Sancto Ignatio

Leodii, 1709

Caput 20. Momentosa, ex dictis capite præcedenti, Corollaria derivantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](#)

Imperatoris, cum pestis sevissima gravaretur, morbo laborantibus ministrantes, libenter mortem appetiere. Quos velut martyres religiosa piorum fides venerari consuerit.

209 De istud Dionysius Episcopus Alexandrinus in epistola ad Hieracum Episcopum cap. 22. (quae videri potest apud Eusebium Pamphil. Histor. Eccl. lib. 7. c. 20. 21. 22. Edit. Valerii) sic ait: *Negue a nobis abstinuit lues illa, tunc in Gentiles plurimam sit gravata. Plurim quidem ex fratribus nostris, ob nimiam charitatem, curam omnem propriae salutis abscientes, sibique mutuo adserentes, dum egos secure atque audacter invijunt, eisque afflatae ministrant. & curationem abdentes in Christo, una cum illis interierunt. Et hoc quidem pacto optimi quoque ex fratribus nostris, quorum nonnulli erant Presbyteri, alii Diaconi, & alii ex populo laudatissimi, mortem appetiere. Adde ut hoc mortis genus, ob pietatem fiducie constantiam, martyrio nequaquam inferius habeatur.*

210 Videat Parochus, an aquum sit, propter modicum corruptibilis vita, subditos ultimis defraudare Sacramentis, quorum defectu contingit plures, etiam paulo ante confessio, in ultima lucta deficere, atque adeo in eternum perire, quibus si subvenisset, ultimaque illa subsidia non degenerasset, & ipsi beatam eternitatem procurasset, & sibi martyrii palmam promerueret, implevisse Dominicum praeceptum, dandi pro oibis animam suam, sicut & illud quod scriptum est Luc. 9. *Qui voluerit animam suam salvam facere, perdet illam. Nam qui perdidit animam suam propter me, inventiet eam.* Debet ergo tunc perdere animam suam, si velit cam salvam facere. Tamen si peste afflati teneantur accedere ad Sacramenta minimo quam fieri potest ministrantis periculo, graviter peccent, si morbum suum occultare volentes, cum fanis in Ecclesia accedant ad confitendum Sacerdoti, nihil (nisi perfecta confessione) de carbunculo suo indicantes. Quia Confessarius, rationabiliter invitum, sine sufficiente necessitate periculo vita exponunt, & cum ipso multos alios, si Confessarius habitet in familia numerosa.

CAPUT XX.

Momenta, ex dictis capite precedentibus, Corollaria derivantur.

211 **P**rimò namque ex ibidem dictis colligitur, non solum in peste, sed & in persecuzione militari, quando ob trucidationem multorum plures fugient huc & illuc, ubi magna pars parochianorum remanet in pago, vel oppido, debere & Parochum remanere, vel ite recipere ad locum vicinum, unde facili possit ipsi Sacramenta ministrare. Cum omnino verisimile sit, inter tot, non sine vita periculo remanentes, aliquos versari in extrema, aut gravi necessitate Sacramentorum. Si tamen omnes parochiani fugient, Pastor sequi posset oves suas, & ibi esse, ubi suæ oves. Et quamvis ipsum concernat cura Ecclesie, sacrorumque vaorum, cap. un. de offic. Sacrific. & cap. 1. de offic. Custod. idemque tenetur cum aliquo suo incommmodo impediare (si possit) ne indignè tractentur. Ad id tamen impendiendum, non tenetur, cum vita periculo, subfistere in loco, ubi id timerit. Maximè cum plurimum sit valde incertum, an manendo impedire queat. Tenetur tamen secum asportare sacras hostias, oleum sacram, & calices, si possit: vel si non possit, sacras hostias absumere (si non habeat conscientiam peccati mortalis) etiam non jejunus, ne indignè tractentur à militibus hereticis.

Colligitur 20. ne tunc quidem Parochus fu-
gere posse, sed in debitum pastoralis officii pec-
care, si fugeret, dum oppidum armata manu ca-
pitur, trucidanturque omnes obovi. Quia tunc
bonus Pastor dare debet animam pro oibis ab
eterna morte liberandis, si speret se, antequam
trucidetur, ad piam in Christo mortem dispositu-
rum aliquos è parochians suis.

Colligitur 30. Prælatos Regulares, utpote ex officio Curatores animarum sui commissarum, teperi, per se, vel per alium idoneum, dicta Sa-
cramenta ministrare.

Colligitur 40. quod si tempore pestis nullus foret Parochus, qui peste afflati Sacraenta ministraret, privatus Sacerdos teneretur se, pro eis juvandis, exponere periculo mortis. Quia haud dubium est, quin tempore pestis multi fini in gravi periculo excedenti a salute: vix autem mortaliter accedit (inquit Ariaga de Sacram. disp. 43. n. 8.) quin ubi multi sunt in gravi periculo ejusmodi, alii non sint extreme indigentes confessione. Quilibet vero Sacerdos ex charitate teneret se periculo mortis exponere, ad succurrendum proximo extremè indigentem, dum Parochus vel non adest, vel officio suo decet.

Accedit, quod licet Sacerdos privatus foret non teneat vitam discrimini objecere, ad sub-
veniendum privato homini, non extremè, sed graviter tantum indigenti, fecis tamen ad suc-
currendum Communiteati graviter indigenti. Quia sicut Communie bonum præferendum est privato; sic grave periculum Communiteatis præterendum est gravi periculo, inquit & damno hominis privati, etiam damnatio vite ipsius.

Colligitur 50. Religiosos Mendicantes ad id pra reliquis Sacerdotibus privatis teneri, utpote ex sua institutione Episcoporum Parochorumque cooperatores, & laborum suorum participes, ut eos vocat Clemens V. in Concilio Vienensis Clem-
dandum de sepulturis. Videri possunt haec de re Rodriguez to. 3. q. regul. q. 31. a. 4. Rutilius Benzonius de fuga l. 1. pag. 12. & seqq. Bosco de Ministro Sacr. Poenit. disp. 8. scilicet 8. à n. 28. ubi concludunt, quod quando contagium generale in civitate timetur, constataque, vel ex facti evi-
denti, vel ex Episcopi declaratione, Curatos ordinarios competenter satisfacere non posse spi-
ritualibus necessitatibus proximorum, Religiosos Mendicantes, seu alias ex instituto vita activa, popolorumque saluti incumbentes, tum ex chari-
titate, tum ex instruto suo, teneri non fugere, Praetatoque suo, præcipiente ut peste afflati Sacra-
menta ministrare, obedire. Tamen si Prælatus im-
prudenter acturus sit, si ad id meticulosiores, Ordini utiliores, destinaverit præ minus utilibus, & idem pesti concepientibus minus obnoxios, quia mi-
nus meticulosos Rodriguez n. 5.

Sed quid de Regularibus contemplativis, non activis, v. g. Carthusianis, tenentur, in defectu Parochi, si alius Sacerdos haberi nequeat, pro-
dere ex solitudine sua, ut tunc fungantur officio Parochi?

Respondeo affirmativè: quia religiosa professio vita solitaria & contemplativa, neminem eximit ab obligatione legis naturalis, de succurrente proximis in tanta necessitate. Quod & verum est, tametip Pastor, & alii Sacerdotes v. g. Mendicantes presentes sint, si servire nolint. Tunc enim quicunque alii Sacerdotes ex charitate tenentur subvenire, ita ut mortaliter peccet quilibet Sa-
cerdos, cuius tergiversatione fit, ut infirmus si-
ne confessione moriatur. Chapeaville c. 3. q. 3.
& seqq.

CAPUT